

Caecilius Capella in illo exitu bysantino (g): Tertuliani: Liber
Christiani gaudete (h), exclamavit. Sed et qui Ad scapulam. Capul
 videntur sibi (10) impune tulisse, venient III.
 in diem divini iudicii. Tibi quoque optamus admonitionem solam
 fuisse, quod cum Adrumeticum Marilum (11) ad bestias damnasset,
 et statim haec vexatio subsequuta est, et nunc ex eadem causa
 interpellatio sanguinis (i). Sed memento de caetero. (j).

(g) In illo exitu Bysantino. Exitum dicit ea forma, Migne: P. L. v. I
 qua interitum, ut lib. de resurrectione carnis: Nemo s. 702
 adhuc Babylonis exitu flevit, et lib. adv. Judaeos: Exitum Christi; id
 est, noskem. Rig.

(h) Christiani gaudete. Indignationis (ultationis) formula fuit,
 ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ, in quo duae victoriae citantur, cum inscriptione:
 GAUDETE ROMANI. Prudentius, in exilium, sub finem: Gaudete quid
 quid gentium est. Martialis, II, 2. Rig.

(10) Lectiones variantes: Tibi, Rig. et.

(11) Adrumeticum vel Adrumetinum, Latin

(i) Et nunc ex eadem causa interpellatio sanguinis. Scapula statim
 post damnatum Marilum acutissimae cujusdam aegritudinis cruciatu
 vexari caeperat, quo etiam tum, cum haec scriberet Septimius, ob
 iteratam in Christianos saevitiam denuo vexabatur. Clamave-
 rat ad Deum sanguis Christianus, ac divinae patientiae moras inter-
 pellerat. Patribus exemplis, sed causa longe dispari Petilianus
 Donatista adv. Catholicos pugnabat, ut videre est in dissertatione
 Augustini. Etenim Petilianus terribiliter proponere ausus est et
 dicere: sed ut caetera taceam, in vestris exemplis advertite impora-
 tores quamplures, ac iudices vestros persecutionem nobis faciendo
 perisse. Rig.

an gody

(j) Sed memento de caetero. Hoc est, de futuro, manere scilicet ultionem aeternam longe formidabiliorem. Rig.

... Denique Caecilius Capella cum "in exitu" sive exitio Byzantino Christianis insultando exclamasset: gaudete, impudenter ac crudeliterque quae poenas solvet. Si qui vero ejusmodi praesides impune eraserunt, ultimo Dei judicio punientur. Scapulae ergo, inquit auctor noster, ideo erat timendum, quia Adrumeticum Marillum paulo ante illud exitium Byzantinum ad bestias damnaverat.

Domno Nic de Nouzry:
Dissertatio, in
De Tertulliani
libro ad Scapulam.
in Migne: P. L.
v. I. r. 775

Caecilius Capella in illo exitu gaudete christianos, AKAAHMHIA sed et impune fuisse, venient in AOHNON



Migne: P. L.
v. I. r. 698
Liber ad
Scapulam

De epocha libri ad Scapulam dissentient eruditi, ac anno 203, a Tertulliano, editum fuisse Pamelius et Baronius tradiderunt: alii vero sub Helio Gabalo imperatore, anno 217. Verosimilius tamen hoc intermedium tempore, et circa annum 212, id accidisse videtur, cum scilicet post patris obitum solus imperaret Caracalla - - - .

Post diuturnam vero persecutionem, quae sub Severi imperio contigit, haec Tertullianum scripsisse inde constat, quod quinque proconsules numeret, a quibus christiani vexati fuerant, quique cum in varias incidissent calamitates, horum exemplo Scapulam, ut sibi careret, hortatur; cum praecipue portenda quaedam Carthagine visa fuerint, statim ac idem Scapula provinciam ingressus, Adrumeticum christianum hominem, ab bestias damnaverat.